

- secund. nuptijs. & in proemio digesto. vers. sed dubitet. Decius in c. propositi. num. 15. de probatio. latissime profequitur nostras Ioan. Garci. de expens. & meliora. cap. 24. num. 19. & supra, vide Anton. Gomez. tract. de contractib. c. 10.
- 145 num. 2. & isti aestimatores nominati semel suscepto negotio compelli possunt per executores, si recusent taxare, Bart. in l. 1. §. cura carnis. ff. de off. praefect. urbi. & in l. 1. §. 1. ff. nauae, caupon. & l. 1. ff. furtim aduersus nauas. Bal. Salicet. & Alex. in l. inuitus ff. de procurato. Ioan. Garcia ubi proxime à n. 24.
- 146 Ipsi tamen aestimatoribus inter se discordantibus, exequutor (cui à iudice intelligitur, omne necessarium commissum) vel partes ad tertium eligendum, & in vnum conueniendum compellit, vel ipse eligit. l. item si vnus ff. de pactis. & aduertit Ioan. Garcia
- 147 ubi supra num. 27. & ipsi possunt, vel ratione imperitiae, vel inimicitiae, aut alia iusta causa recusari, & debent executores partes de idoneis conueniendis, & concordandis compellere, secundum Ioan. Garci. eodem n. 27.
- 148 vers. quimimo possunt. ubi quod non concordantibus partibus iudex exequutor eligit (vt dictum est) & tenet B. in l. creditores. ad fi. C. de pigno. & idem Bart. in l. 2. C. de rescin. vendi. Pantaleo de Crema in repeti. eiusdem lib. 2. C. de rescin. vendi. & consentientibus tollitur omnis suspicio, & difficultas, l. fi. C. de arbit. l. cum l. ff. eodem. Baptista de sancto Blasio de arbitrio. q. 69.
- 149 At à declaratione, & aestimatione horum peritorum auctore iudice, & comprobante, non datur appellatio suspensua, cum liquidatum in executione executioni mandatur, ac si in ipsa sententia sit expressum, quia pars est ipsius, iuxta Doctorum cateruam adductam per nos à num. 7. cum seqq. & à prin. superius, prout obseruatur, de qua praxi etiam tenetur cum Ioan. Garci. de expens. c. fi. n. fi. in nouiori impressione. Escobar de ratio. c. 33. num. 25. & latius à num. 20. Apra. de parti. 1. p. cap. 4. n. fi. Parlador. lib. 2. rerum quoti. c. fi. 1. p. §. 12. n. 33. qui alios citant.
- 150 De natura aestimatorum, & peritorum (vulgò dicti alarifes) à populo, & ciuitate electorum, & an recusari possunt, vel ab eorum iudicio, & aestimatione appellari, vide post alios latè per nostratem Ioannem Garciam de expens. & meliora. c. fi. à num. 22.
- 151 Ex his, quae superius dicta sunt, animaduertendum erit, quod si sententia rem aliquam adiudicet vincenti, intelligenda est etiam cum fructibus pendentibus, quantumuis de fructibus in sententia nulla mentio facta fuerit, docet Bal. in c. 1. vers. qui ex parte. verbo, succedere, de pace constantiae, in vrbibus feudorum. Matthae. de Afflic. decis. 138 in

prin. Christophorus de Paz in tract. de tenuta tom. 1. cap. 13. num. 46. & seqq. & est optima doctrina Bertran. cons. 8. ex num. 1. lib. 1. assententis, quod quando dominium fundi in alium transfertur ipso iure, accipi, & intelligi cum fructibus pendentibus, sunt enim pars inseparabilis ipsius rei, de quo videndus est Couarr. lib. 1. variar. cap. 15. num. 1. Menoch. de recuperan. poss. rem. 6. à num. 45. & lib. 2. de arbit. cent. 3. casu 258. à num. 5. ad eò vt executio sententiae, quae debet fieri in re, debet etiam fieri in fructibus pendentibus, per quandam consequentiam, cum inseparabiles sint ab ipsa re, & possessione, vt docent Matth. de Afflic. decis. 7. num. 9. Menoch. de adipis. poss. rem. 4. num. 80. & recuper. rem. 6. num. 46. Caesar Contar. in repeti. l. vni. limi. 1. num. 68. & 69. Christophorus de Paz in tract. de tenuta d. cap. 13. à num. 47. & sic exequutor in his fructibus pendentibus non excedet, sententiam super re principali tantum latam, exequendo.

CAPVT XI.

Ab executore excedente de tempore ad tempus; an, & quibus casibus (vbi singuli valde viles annectuntur) appellationi emissae non deferens, vim faciat.

S V M M A R I V M.

Ab executore excedente de tempore ad tempus, appellationi interposita si non deferat, vim facit n. 1.

Executor exequendo ante tempus datum condemnato ad soluendum excedit n. 2.

Condemnatis decem dies dantur tam de consuetudine, quam iure regio ad soluendum, quos potest iudex ex causa abbreviare aut ampliare suo arbitrio n. 3.

Excedit executor si dilacione aut conditione sententiae pendente exequatur n. 4.

Plus petere dicitur qui ante tempus petit n. 5.

Executor datus cum termino limitato, eo transactio si exequatur amplius, excedit n. 6.

Executor cum termino limitato si aliquem intra illud excommunicet, eo transactio non absoluit n. 7.

Sententiam qua quis condemnatur ad rei restitutionem à litis contestatione seu occupatione, an possit executor exequi in decursis post sententiam vsque ad actualem restitutionem n. 8.

Sententia est stricti iuris, & ultra non exequitur quam in ea continetur, quia non expressum censetur omissum n. 9.

Iudex an possit condemnare reum ad vsuras decurrendas

currendas post sententiam ob moram debitam n. 10.

Tractus futuri temporis ad iudicem non spectat n. 11.

Executoris potestas regulatur à potestate superiorum mandantis n. 12.

Executor non excedit si condemnatum ad rei & speciei restitutionem cum fructibus, exequatur condemnatum in fructibus decursis vsque ad sententiam, sed etiam in decursis postea utique ad actualem restitutionem n. 13.

Rota decisio mirabilis refertur in proposito, ubi condemnatus ad beneficij restitutionem cum fructibus compellitur prestare fructus decursos post sententiam vsque ad actualem dimissionem n. 14.

Exequendi potestate carens executor, excedit in liquidatione fructuum tam decursorum vsque ad sententiam, quam vsque ad tempus taxationis n. 15.

Executor excedens fines mandati nihil agit. numero 16.

Fructus in condemnatione nedum veniunt vsque ad sententiam, sed vsque ad partitionem sententiae n. 17.

Fructus post sententiam in condemnatione veniunt, si fuerint à principio fructus, aut interesse petita n. 18. & 31.

Fructuum condemnatio etiam si facta non sit nisi vsque ad sententiam, potest executor decursos post eam à tempore mora exequi vsque ad actualem restitutionem n. 19.

Condemnatum ad interesse propter moram, an executor possit compellere, & taxare interesse postea causatum ob moram partitionis sententiae n. 20.

Interesse iudicis officio debitum crescit vsque ad executionem sententiae n. 21.

Condemnatus ad interesse propter moram soluendi vsque ad sententiam, si post eam perseueret in mora, actione iudicati tenetur ad illud etiam post sententiam n. 22.

Condemnatum ad interesse debitum iure actionis, an possit compellere executor illud prestare decursum etiam vsque ad partitionem sententiae n. 23.

Ad fructus decursos vsque ad sententiam, & ad decurrendos vsque ad ipsius partitionem potest iudex condemnare n. 24.

Fructus futuri sunt accessio coniuncta & non odiosa n. 25.

Pro fructibus tam naturalibus ex re, quam annuis censibus & redditibus futuris, potest agi & subsequi iudicij condemnatio n. 26.

Iudex potest condemnare ad pecuniam debitam cum interesse lucri cessantis, puta hodie ad rationem vigesima pendende, quandiu solutio satis differatur n. 27.

Interesse lucri cessantis debitum ex sententia, Salgado de protect. Reg. Tom. II.

non est vsura, sed assumit naturam sortis. numero 28.

Iudicium fundatum in principali de presenti, potest extendi ad accessorium de futuro, prout in fructibus decurrendis n. 29.

Debitor census conuenio pro vno anno decurso, si lite pendente maturauerit alius terminus, prout utroque potest sequi condemnatio n. 30.

Executor tunc poterit taxare & soluere fructus & interesse decursos post sententiam, & vsque ad eius partitionem, si appareant in iudicio fructus petiti n. 31.

Fideiusor de indicato soluendo an teneatur ad fructus decursos post rem indicatam vsque ad eius partitionem n. 32.

Condemnatum ad prestanda alimenta alicui vsque ad pubertatem, an excedat executor, si illum compellat prestare feminae ultra duodecim annos, & masculo ultra quatuordecim. num. 33.

Pubertas in alimentis intelligitur in puella vsque ad 14. in puero vsque ad 18. annum n. 34.

Verba semper retinent suam propriam significationem secundum subiectam materiam, etiam quantumcumque materia sit stricta & odiosa. num. 35.

Redditus annuos an debeat condemnatus à tempore prima sententiae, quae ad illos condemnauit ex tunc, vel à tempore vltima confirmantis n. 36.

Confirmatio nihil noui dat, nec auget dispositionem, nec aliquid obstaculum tollit n. 37.

Sententia referens se ad aliud, puta instrumentum aut sententiam, plus non operatur quam quod in relato continetur n. 38.

Actio non nascitur ex sententia confirmata, sed ex confirmante n. 39.

Sententia confirmans retro non respicit n. 40.

L. eos 2. C. de vsuris rei iud. verba referuntur n. 41. interpretantur n. 45.

Sententia confirmans referens se ad sententiam, intelligitur cum sua qualitate n. 42.

Sententia lata virtute instrumenti ad quod se refert, licet agatur ex sententia, tamen exequitur prout in instrumento cum omnibus qualitatibus n. 43.

L. furti, in prin. ff. de ijs quibus vt indignis. interpretatur n. 44.

L. eos 2. C. de vsuris interpretatur n. 45.

Executor non excedit attendens tempus prioris sententiae specialiter expressum per vltimam confirmate n. 46.

Condemnatus ad centum, & si non soluat intra tot dies, mittatur in exilium, termino transactio poterit iudex exequi penam committam ob non solutionem pecuniae n. 47.

Condemnatus ad centum, quae si soluere noluerit, aut non poterit, mittatur in exilium, quod sit tempus expectandum solutionis praestanda,

stande, ut pena comminata exequatur. numero 48.

Tunc decem dierum terminus expectandus est, currens à die intimatiōis & monitiōis, iuxta magis communem opinionem. numero 49.

Monitio semper requiritur, si sumus in factō negatiuo ut incuratur pena. n. 50.

Sententiæ termino transacto, potest iudex exequi penam pecuniariam, omiſſa pena corporali conditionaliter apposta, si hoc utilius sit fisco. numero 51.

Executor ad sequestrandos fructus maioratos vigore decreti in iudicio tenetur, an excedat sequestrandō fructus non solum à die decreti, sed etiam à die mortis ultimi possessoris. numero 52.

Sequestri sententiæ non comprehendit fructus præteriti temporis, sed stantes & futuros. numero 53.

Electus ad officium pro hoc anno contra electionem, mota lite durante, puta tertia parte anni, obtinuit executoriales, an executor poterit illas exequi pro toto anno aliud tempus subrogando loco temporis transacti. numero 54.

Electus ad officium uti impeditus iniuste, habet recursum ad interesse. n. 55.

Locato fundo in biennio, & factō locatoris fuit conductor impeditus uti, contra quem sententiā lata, an possit exequi in estimatiōe contra locatorem. n. 56.

Sententiæ ad rem tradendam, si perit, vel obiit, fit executio in estimatiōe. n. 57.

Executor merus excedit assignando terminum ad parendum, & ob eius imparitiōem excommunicando. n. 58.

Excommunicatio pertinet ad iurisdictionem contentiosam, cum absque causa cognitiōe ferri non debet. n. 59.

Executor merus est incapax iurisdictionis. numero 60.

Executor merus potest terminum deliberatorum prefigere, sed non ad effectum imponendi novam excommunicationem. numero 61.

Executor cui causa vel executio committitur cum termino breui, & limitato, an excedat assignando parti terminum & dilationem regaliam, à sua commisiōe abbreviato termino, aliàs à iure assignato simili causa aut executioni. n. 62.

Terminum magnum dare non potest qui actiōnem & limitatum habet. n. 63.

INTER exequendum solet etiam iudex executorialium executor de tempore ad tempus excedere, quod quidem excessus genus inter ceteros connumerari, à quo ap-

pellationi, ut licitè deferendum esse, non est dubium, cum ab excedente executore proponatur. gloss. celebris & communiter recepta per scribentes ibi in cap. quoad consultationem 15. verbo, excedatur. de sententiæ & re iudic. gloss. optima in l. ab executione. verbo, excedat. C. quorum appellat. non recipi. communiter approbata per Doctores ibi, præsertim Bartolum, num. 4. Odofredum, numero 3. Paulum Castrensem, sub numero 3. Salicetum numero 5. Sebastianum Vantium de nulli. sentent. ex defect. iur. delega. sub numero 93. Veltrium in praxi Romana Curie. lib. 7. cap. 3. sub numero 9. versic. sed & inter alios. fol. 196. Rebuffum in tractatu de sentent. execution. articulo 7. gloss. 14. capit. 3. numero 1. tom. 1. fol. 379. Escacium tractatu de appella. quæstione 17. limi. 2. numero 33. Carocium exceptione 126. num. 1. & exceptione 44. n. 90. Lancelotum Robertum de attentat. 2. p. c. 12. limi. 53. numero 28. Marquesa. in tractatu de commisso. 1. p. cap. 24. de appella. ab excessu ex excess. & c. numero 6. & per Alexand. conf. 92. num. 6. vers. nec in d. provincia. lib. 2. tenet Cardinal. Tusc. practicar. conclu. tom. 1. litera A. concl. 40. n. 5. & n. 21. qui omnes explicant etiam, & affirmant in executore exequire ante tempus, datum condemnatis ad soluendum, iuxta l. 4. §. si quis condemnatus. ff. de re iudi. l. 2. C. de usuris rei iudi. licet iam hodie tam de consuetudine, quam iure Regio obtinuit; ut decem tantum dies condemnatis dentur ad soluendum. gl. in l. si debitor ff. de iudicis. quam dicit communem Portius in Somnis. in fitu. de verbor. obli. & expressè l. 2. tit. 13. & in l. 1. tit. 27. & in l. 7. tit. 3. p. 3. & in l. 6. tit. 17. lib. 4. recipi. Olanus in concor. iur. litera C. num. 68. & 69. Parlador. lib. 2. rerum quoti. c. fi. 1. p. §. 5. num. 19. vbi etiam aduertit, posse etiam hoc temporis spatium iudicem suo arbitrio, (causa aliqua interueniente) aut coarctare, aut ampliare, probant etiam Doctores in c. quoad consultatio. de re iudi. præcipuè Ab. Immol. & Feli. Bald. in l. f. C. de executio rei iudi. ex l. 2. & §. si quis condemnatus. ff. de re iudi.

Exemplum etiam reddi potest; quando in sententiā apposta est condemnatio dilatio, ut aliquid faciat, vel conditio, quoniam vtraque pendente, si exequutor queat exequi, propter & ante tempus, nulliter atque exequetur. Alexand. conf. 95. lib. 1. Decius conf. 42. 1. Rebuf. tit. de liter. obligat. art. 2. gl. 1. num. 26. & 27. tom. 1. Roderi. Xuar. in l. post rem in declaratio. l. Reg. limi. 4. num. 1. 2. & 3. & eius additio. Baldez. Milit. loq. iuris 629. in 2. p. Gutier. de iur. confir. 1. p. c. 56. n. 2. & 10. Paz in praxi 4. p. tom. 1. c. 3. n. 18. Auenda. in l. 5. tit. de las exceptiones. n. 22. lib. 3. ordi. Palac.

Palac. Rub. in repeti. c. per vest. in proamio §. 9. n. 14. Dueñas regul. 175. Anto. Gom. tom. 2. variar. tit. de locato n. 6. & tit. de qualitat. contract. n. fi. Doctores in l. 66. Tauri. Ripa in cap. 1. de iudic. num. 88. Azebe. in l. 1. num. 51. & l. 2. num. 5. tit. 2. 1. lib. 4. recipi. & facit l. 2. tit. 2. 1. lib. 4. recipi. ibi, passados los placos. Curtius de sequest. n. 46. mirabiliter Petrus Surd. cōs. 186. per totum. tom. 2. dicitur enim, plus petere, qui ante tempus petit. §. plus autem petere. in fit. de actio. & per consequens excessus apparet, iuxta ea quæ latius explicuimus hac 4. p. cap. 3. à num. 75.

Quò pertinet, quòd exequutor datus ad tempus, & cum termino limitato, eo transacto, & finito, amplius exequi, dicitur excedere de tempore ad tempus, eius enim expirauit iurisdictione. Hostien. & post eum Ioan. Andr. & Doct. Anto. Ioan. de Immol. sub n. fi. in fi. Ab. Panormi. numer. 34. in c. quoad consultationem. de re iudi. Calderi. conf. 5. de sentent. excommu. (qui ex hoc inferunt, quòd post tempus non poterit absoluerè à se excommunicatum intra terminum, sed recurrit ad superiorem, iuxta c. de causis. de off. delega. & c. Pastoral. de off. ordi. ad fi. post alios) Vantius in tract. de nulli. sentent. ex defect. iuris deleg. num. 99. & seqq. optimè Octauius. Velt. in pract. Rom. Cur. lib. 6. c. vlt. num. 8. fol. 174. & cap. 2. & ibi eius additione. Grauar. num. 59. & 60. fol. 165. rectè Borgni. Caua. decis. 20. p. 1. & Brian. in reperto. ad eum, verbo, exequutor ad tempus.

Sed nunc se offert illa discutienda difficultas, & vtilissima quæstio; an executor sententiæ, qua quis est condemnatus ad rei restitutionem cum fructibus decursis à tempore, puta; litis contestationis, vel occupationis, excedere dicitur; si pro fructibus post sententiā decursis vsque ad realem, & actualem executionem, condemnatum exequatur, & compellat virtute eiusdem sententiæ, etiam si de eis nulla sit facta expressa mentio. Et quòd non possit, instant iuris regulæ, quòd sententiā est stricti iuris, quæ vltra non exequitur, quàm quod ea exprimitur, & quod in ea omittitur, censetur omiſsum. ut in capitibus præcedentibus, & sequenti. latè dicitur, & in terminis ita videtur sentire Gama Lusitanus in decis. 110. n. 35.

Pro quo facit, quia si iudex à prin. non potest expressè condemnare reum, ad vsuras & interesse recurrendum, ob moram debitoris veniens post sententiā, ut probat text. in l. 1. §. 1. ff. de usuris. ibi, nec tamen iudex iudicio bonæ fidei rectè iubebit interponi cautiones, ut si tardius sententiæ

condemnatus paruerit, futuri temporis pendatur vsuræ, cum in potestate actoris sit, iudicatum exigere, Paulus notat. quid enim pertinet ad officium iudicis post condemnationem futuri temporis tractus, & c.) iuxta l. non potest, de iudicis. l. non quemadmodum, in fi. eodem. latè prosequitur hunc articulum Gama vbi proximè, Doct. Felicia. de Solis in tract. de censibus cap. 5. sub num. 11. ergo multo minus poterit exequutor, ad istos redditus compellere, quando eorum non est facta expressa condemnatio. maxime, quia potestas executoris regulatur à potestate superioris mandantis, ut latius diximus supra hoc lib. 4. cap. 6. per totum, præcipuè n. 6. n. 19. & à n. 25. cum plurimis sequentibus.

Sed contrariam sententiā veriorem esse existimo, saltim in condemnatione ad restituendam rem, & speciem, quia tunc absque dubio poterit exequutor non solum in fructibus perceptis ante sententiā, sed etiam post sententiā decursis exequi condemnatum absque reatu excessus. Hæc est elegans Rotæ decisio 14. de re iudi. in nouis. in recollectis per Biscinetum, aliàs 337. quam (cum mirabilia sint ad propositum eius verba) non erubui hic inferere, quæ sic ait: Auditor, cui committitur taxatio fructuum alicuius beneficij, in quibus quis est per tres sententiās diffinitus condemnatus: potest nedum fructus vsque ad vltimam sententiā inclusuè, sed etiam post vsque ad tempus, quo ipse taxationem huiusmodi faciet, per condemnatum perceptos, taxare secundum maiorem partem damnorum, quia ad illos etiam condemnatus tenetur, & restituere compellitur per executionem, & veniunt ex officio iudicis. & sic dicebant Domini ad vitandum circuitum, quòd possint per prædictum Dominum auditorem taxari, quemadmodum per executorem possent, & taxari deberent. Quod verum ego, & Dominus Galliardus dicebamus, si prædictus auditor prædictas sententiās exequi possit. sed si non haberet potestatem exequendi, & taxandi: ideo alios fructus, quàm illos, in quibus facta est condemnatio, taxare non potest, pro quorum taxatione, & compulsionem recurrere haberet ad executorem suum, & si aliter taxaret, formam mandati excederet, & sic nihil ageret, per iura vulgaria, de rescript. c. cum dilecta. ff. manda. l. si diligenter, cum simili. Verumtamen ad tollendum omne dubium, fuit per omnes consultum, quòd prædictus Dominus auditor declararet, taxando prædictos fructus singulis annis tantum valuisse, & valere: si ergo postmodum coram

executore computus quot annis possederit, & perceperit fructus, & compelletur per eundem executorem, ad restituendum eodem, &c.) Hactenus de tam eleganti decisione.

- 17 Cuius Rotæ decisionis meminit Cardin. Tusc. per quem & gl. & Iff. in l. cum fundus num. 3. in si. veriorum dicentem, ff. si certum petatur, idem tenet in pract. concl. tom. 7. litera S. concl. 128. n. 2. dicens, quod fructus in condemnatione nedom veniunt vsque ad sententiam, sed etiam vsque ad partitionem sententia, gl. verbo, condemnatio, in l. qui restituere, ff. de rei vindica. Boërius decis. 45. per totam, præcipue num. 3. & n. 10. idem Cardin. Tusc. ubi proxime n. 12. Angel. in repeti. l. 1. C. de iudic. voluit Iff. in l. ait pretor n. 10. vers. 2. & notabilis ff. de iur. iura. referens Baldum, & hoc dictum inquit bene notandum. Iff. in §. omnium in si. Decius & Cagnol. in l. in condemnatione §. cum verbum ff. de regul. iur. & per Menoch. in praludis tract. de recuper. poss. n. 6. hoc idem tenet Petrus Surdus in decis. 112. dicens, quod sententia, qua quis condemnatur ad restitutionem rei, intelligitur non solum ad fructus perceptos ante sententiam, sed etiam qui postmodum percepti fuerit à condemnato vsque ad executionem realem. Capic. decis. 19. in fin. Marta Neapoli. in compila. totius iur. controuer. ex omnibus decisionibus tom. 4. tit. de fructi. cap. 7. quod declarat ipse Tusc. supra n. 7. quando sunt fructus petiti, aut interesse, post Capicium, & vide infra n. 31.
- 18 Quam doctrinam ampliant, & intelligunt Capicium d. decis. 45. d. n. 10. ad si. quem sequitur Cardin. Tusc. pract. concl. d. litera S. concl. 128. num. 12. tom. 7. vt procedat, etiam si fructuum condemnatio facta non sit, nisi vsque ad sententiam latam, quia etiam tunc bene poterit executor sententia, taxare fructus post eam decursos, à die moræ, & pro eis facere executionem in condemnatum.
- 19 Sed maior stat difficultas in interesse, vbi quis propter moram ad illud condemnatus est, an possit executor, taxare, & compellere condemnatum ad illud interesse, quod causatum fuerit post sententiam, ob moram condemnati vsque ad executionem. In qua quando interesse debetur iudicis officio, omnium concors ferè est sententia, crescere interesse vsque ad executionem sententia, quia in casu, quo habetur ratio interesse, seu æstimationis iudicis officio, tunc potest crescere, quousque iudicis officium duret, quod est non solum vsque ad sententiam, sed etiam vsque ad eius executionem, per text. (quem dicunt notabilem) in l. in fideicommiss. in prin. ibi, cum post iudicis

sententiam moram fecisset hæres) ff. de usuris, & per l. ratio. §. si per venditorem, ff. de action. empti l. si Calendus, ff. de re iudic. docent Bartol. in l. 3. §. in hac, num. 2. ff. commoda. sequitur Iff. in l. vinum num. 12. & 22. ff. si cert. petat. Ludou. Bolog. in additio. ad cons. 5. Ioan. de Anani. Roderi. Xuar. latè & optimè in repeti. l. post rem, ad si. operis, vers. queritur ulterius, quæst. 8. num. 2. & per totam. Escobar tractatu de ratiocin. c. 17. n. 13. optimè & eleganter Capic. decis. 19. num. si. vers. secundo dubitari contingit, &c. optimè Cardin. Tusc. pract. conclus. tom. 7. litera S. conclusioe 128. numero 3. post Bald. quem allegat in consilio 166. statuto canetur, in fin. vers. quarto queritur, lib. 1. quod condemnatus ad interesse 22 eo, quod non soluerat vsque ad sententiam, si post sententiam perseuerat in mora, actione iudicati tenetur ad interesse etiam post sententiam.

Quid autem sit dicendum, vbi ad interesse tenetur quis iure actionis, puta; ex stipulatione, &c. Doctores clarè non loquuntur, licet contrarium videntur sentire eo, quod loquuntur affirmatiuè in interesse debito iudicis officio duntaxat, quod pro nunc non examino, licet Cardin. Tusc. ubi proxime numero 4. sentire videatur, idem esse iure actionis, dicens, prædictam conclusionem procedere, maximè quando interesse debetur officio iudicis, quia potest crescere interesse vsque ad executionem cum effectu, secundum Capic. d. cap. 9. in si. sed cerè Doctores præcipue Capi. & Roderi. Xuar. ubi supra clariùs sentiunt duntaxat, vbi interesse debetur officio iudicis.

Hinc est, vt multo fortius possit iudex 24 condemnare in sententia ad fructus decursos vsque ad sententiam ipsam, & etiam decurrendos vsque ad satisfactionem ipsius sententia, ita docet Bald. in l. 1. C. de senten. quæ sine certa quantitate, reddens rationem, 25 quia fructus futuri sunt accessio coniuncta non odiosa, per quem passim reum condemnari ad rei restitutionem, cum fructibus post sententiam percipiendis, vsque ad rei realem traditionem, restatur, & bene Gasp. Rodri. de annu. reddit. lib. 1. quæstione 16. sub num. 27. Idem tenet ipse Bald. in l. 1. C. si muli. 2. memb. per quem vtroque loco relatum, idem sequitur Card. Tusc. pract. concl. tom. 7. litera S. concl. 128. n. 5. & seqq. & loquen- 26 do tam de fructibus naturalibus ex re, quam pro fructibus census annui, vel menstrui, vt licitè possit agi, & condemnari reus pro futuris fructibus, & redditibus, latè profertur post alios Gratian. in disceptati. forensibus tom. 1. cap. 151. à numero 34. cum pluribus seqq. & quod iudex iure optimo possit reum condem-

condemnare, vt debitam pecuniam soluat cum interesse lucri cessantis ad rationem 27 quatuor decimarum (quæ hodie nouiori Regio iure ad rationem vigesimæ est redacta) pendenda, quando satis solutio differatur, probat Gasp. Rodri. ubi supra d. num. 27. ad fin. dicens, quod huiusmodi interesse, quanuis forti accedat, usura tamen non est, iuxta ea 28 quæ ipse lib. 3. quæst. 5. dixit. & est text. in l. sociam qui in eo. ff. pro socio. imò illud interesse assumere naturam fortis, ait, secundum quæ ipsemet lib. 3. quæstione 10. & l. nomen. in prin. de leg. 3.

Nec obstant, quæ supra diximus in contrarium, tractus futuri temporis ad iudicem non spectare; quia non procedit, quando iudicium fundatur in principali, quod est de præsentia, quia potest extendi ad accessorium de futuro, quia tunc potest sequi condemnatio pro fructibus tam decursis, quam decurrendis, quasi ratione adiuncti sequatur hoc commodum, text. est in l. 1. C. de senten. quæ sine certa quant. & ibi notat Cornæus in num. 2. Angel. in prin. & ceteri communiter Doctores. Moli. de primogeniis. lib. 3. cap. 14. num. 18. Gasp. Rodri. ubi proxime d. n. 27. (qui etiam responderet ad dictam l. 1. §. 1. ff. de usu. in contrarium adductam) B. in l. 2. vers. tamen singulariter, in si. C. de fideicom. Ozas decis. Pedemon. 130. in si. num. 14. vers. nec obstat etiam. Afin. de executio. §. 7. c. 126. in si. num. 27. vers. & ideo non obstat illud. fol. 203. latè & optimè Gratianus in discepta. forens. tom. 1. cap. 151. à num. 40. & supra à n. 34. bene etiam per Petrum Surd. decis. 120. n. 14. & supra n. 7. ubi bene explicat, imò dicit Capella Tholof. quæst. 30. & eius additio. quem sequitur Cardin. Tusc. pract. concl. tom. 7. litera S. 30 concl. 128. num. 9. & 10. quod si creditor occasione affectus, vel census, conueniat suum debitorem pro illo termino decurso, & pendente iudicio maturauit alius terminus, poterit condemnari debitor in vtroque termino, decurso tempore sententia, maximè quia procedit petitio pro paga decursa tempore petitionis, & decurrenda, & potest ferri sententia condemnatoria super vtraque decursa, & decurrenda.

His autem casibus, quibus hucusque diximus, executorem non excedere, si fructus, & interesse liquidet, decursos post sententiam vsque ad partitionem; intelligendum est, si tales fructus à parte sint petiti, non alia, quia iudex non debet impetiri officium suum inter partes, parte non pendente, iuxta vulgaria iura, vt attestatur Anto. Capi. decisione 19. in fin. dicens, non fuisse per senatum habitam rationem debiti interesse, quia non apparuit petitum. vide 29 Salgado de protect. Reg. Tom. 1. l.

sum hoc cap. numero 18.

Sed quid dicendum in fideiussore de iudicato soluendo, vt alicui res detur, an ipse teneatur etiam ad fructus perceptos post rem iudicatam. In quo negatiuè, scilicet vt ad illos post rem iudicatam perceptos non teneatur, resoluit Rebus. tom. 1. ad consili. Regi. tit. de literis obligato. gl. 9. num. 9. pag. 132. quam videtur sequi Azebe. in l. 1. tit. 2. l. 4. recopi. num. 144. fol. 359.

Sed de huiusmodi resolutione merito 32 dubitat, difficillimæque videtur, Mieres de maio. 3. p. quæst. 26. num. 47. nam si fideiussor obligatus est de iudicato soluendo, & huiusmodi fructus vsque ad rei restitutionem comprehendantur virtualiter, & ex natura rei, accessorie in ipsa sententia, & re iudicata (vt diximus supra) ergo ad illos tenebitur fideiussor, quod verius mihi videtur. Pro quo euidenter faciunt quæ nos in omnino simili quæstione & terminis resolui- mus hac 4. p. cap. 10. à num. 87. cum multis seqq. & in specie de fideiussore. ibid. à n. 92.

Contingit dubitari, quis ex vigore contractus, aut testameti, vel alio quouis modo, est condemnatus ad præstanda alicui impuberi alimenta vsque ad pubertatem, an executorialium executor excedat, si condemnatum compellat præstare alimenta firmiter ultra 12. annos, & masculo ultra 14. iuxta §. 1. instit. quibus mod. tutel. fin. & l. si arrogator. §. non tamen. ff. de adoptio.

Et quod non excedit, si condemnatum 34 compellat præstare huiusmodi alimenta puellæ vsque ad quatuordecimum, puero autem vsque ad decimum octauum, probatur, quoniam vbi tractatur de præstandis alimentis vsque ad pubertatem, pubertas vsque ad hoc tempus intelligi debere, docet eleganter, & expressè Modesti. in l. Mela. vers. certè. ff. de alimen. & cibariis legatis. Quam significationem alimentorum specialissimus fauor pubertati attribuit, vt per illum text. dicit Cremen. singul. 78. Roderi. Suar. in l. quoniam in priori. ampliatio. 3. in si. C. de inoff. testam. Nemaufens. in tract. clausul. pag. 948. Angel. à Gambelioni. in tract. de testamentis. gl. 45. num. 9. Polebius in tract. de substituto. in rub. de compendios. num. 34. Corra. in l. precibus num. 18. C. de impuber. Petrus Surd. de alimen. priuileg. 58. Francif. Muñoz de Escob. in comp. 4. per totam, qui num. 4. existimat, ex rigore verbi pubertatis vsque ad prædictos annos deferri debere alimentorum præstationem, cum vsque ad decimum octauum plena pubertas dici non possit, vt in l. si arrogator. §. non tantum. ff. de adoptio. quæ plena pubertas in hac alimentorum debiti consideratur, vt tenuit Accursi. in d. §. non

tantum verbo, plena, quem sequitur Orofi. ibi num. 2. Acolta lib. 2. selectar. interpret. c. 12. Lata de aliment. in §. sed verum n. 8.

35 Quibus adde, quod etiam in materia quantumcumque odiosa, & stricta, verba semper retinent suam propriam significationem, secundum subiectam materiam. Calderi. in consil. de consangu. & affin. Areti. in l. cum lege. ff. de testam. Angel. in l. tale pactum. §. si. colu. 1. circa medium. ff. de pactis. Decius in l. 2. nu. 59. & in l. factum. §. in pœnal. num. 10. & in l. semper in obsequ. num. 11. ff. de regul. iur. Ab. in c. ex parte. vlt. 2. notab. de decim. Cou. lib. 3. variar. resolu. cap. 5. in si. plurimos citauimus hac 4. p. c. 9. de exc. de re ad rem, à num. 120. vers. quibus sic suppositis, & vers. sequenti. vbi etiam quod ex verbis sententiæ illud inferri potest, quod ex illis verbis de necessitate subintelligitur, ac secundum naturam rei, & subiectam materiam, vbi plures ad id Doctores citauit. Ergo sequitur euidenter, vt huiusmodi exequutor ad præstanda alimenta impuberibus non excedat, si prædicto modo pubertatem, scilicet; vsque ad 14. annum puella, & puer vsque ad decimum octauum extendat. & quatenus Petr. Surd. vbi proximè num. 8. dicit, hæc procedere in puero paupere alendo; non indebitè, iustèque, dissentit Muñoz d. c. 4. ad si. quia in omnibus est accipiendum.

36 His finitima est in iure illa non mediocri difficultas, priori sententiæ quis fuit condemnatus, vt ex tunc, nempe; à tempore prolatae sententiæ, vel intimatiõis, soluat tot annuatim simpliciter, vel forsân causatiuè, videlicet à tempore sententiæ, interim dum non soluerit principale, soluat eius redditus, & ab ista sententiâ appellante condemnato, iterum confirmata fuit, datus pro eius executione exequutor, quæritur, an excedet, si condemnatum compellat præstare illos redditus à tempore prioris sententiæ confirmatæ, vel à tempore dumtaxat posterioris sententiæ confirmantis. Et quod non excedat, probatur, quoniã confirmatio nihil noui dat, nec auget, nec minuit dispositionem, ad eod vt nullum defectum, aut obstaculum tollit. c. 1. vbi gl. 2. c. cum dilato. c. examinata. de confirmatio. vti. vel inutil. Fel. in c. cum dilectus per text. ibi n. 6. de si. instru. Cassiadi. decis. vni. n. 2. de confirmatio. vtil. & inutil. Mandol. in reg. 22. q. 10. n. 2. & de signatu. gratia. tit. de confirmatio. in prin. Rot. decis. 702. n. 6. & decis. 78. à n. 5. p. 1. diuerso. & decis. 3. num. 6. p. 2. diuerso. Moli. de primogene. lib. 2. c. 7. nu. 7. Hierony. Gonzal. in regul. de alterna. gl. 45. §. 1. num. 75. & 76. ergo cum cõdemnatio vires assumat à priori sententiâ, non à confirmante, & illius tempus attendi, & inspicere debet.

37

Secundò, quia sententiâ referens se ad aliud, puta; instrumentum, aut sententiâ, non plus, nec aliud operatur, quàm in ipso relato est, nec plus nec minus tribuit, quàm quod in relato continetur. Rota decis. 40. n. 2. p. 2. diuerso. latè Borgni. Cauall. decis. 19. num. 32. p. 3. dicens etiam, quod sententiâ referens se ad acta, vel instrumentum dicitur in se continere omne relatum verè, & expressè de verbo ad verbum, super relato iudicasse, ergo vltima sententiâ dum per simplicem confirmationem se refert ad priorem, etiam illud tempus continere videtur, prout prior continet, & hoc idem insinuauit Roman. consil. 45. quem referens sequitur Cardi. Tusc. practiar. conclus. tom. 7. lit. S. concl. 12. 1. num. 3. quæ corroborabitur pars ex mox dicendis.

39 Contraria tamen sententiâ multis validatur fundamentis Primò, quia actio non nascitur ex prima sententiâ confirmata, sed ex confirmante. gl. verb. hodie. in l. furti. in prin. ff. de his qui notantur infamia. & gl. verbo, ablatas est. in l. chirographis §. vlti. ff. de administr. tuto. & in l. si quis priore. verbo, sed teneri, ff. ad Senat. consul. Trebel. & in l. eos. verbo, vel iniustam. C. de appella. gl. notab. verbo, discussa in si. & in c. pastoralis. §. præterea. de off. delega. sequuntur communiter Doctores secundum Alex. in l. 1. de re iud. n. 5. & alij relati per Azebe. in l. 6. tit. 17. nu. 3. lib. 4. recopi. Amador Rodrig. de execut. c. 1. sub num. 19. vers. que sanè pars. optimè Salced. in additio. ad Bernard. Diaz. regul. 696. Gregor. Lopez in l. 1. tit. 27. p. 3. gl. verbo, los maiores. Rebus. 1. tom. consuetu. Fran. tit. de senten. execu. art. 7. gl. 9. n. 5. & 6. Ferrar. in praxi tit. de forma sententiæ, in causa appella. vers. causis num. 3. Mathias Colle. in tract. de processibus executiuis. 2. p. ex num. 97. ergo non tempus prioris sententiæ, sed secundæ spectandum est.

40 Secundò pro hac parte facit, quia licet prima sententiâ confirmetur, ipsa tamen non ideo assumit vires, sed secunda est, quæ producit effectum, ad eod vt retro non respiciat sententiâ confirmans. l. furti. in prin. ff. de his qui notantur infamia, quæ probatur, quod si reus ex famoso iudicio fuit condemnatus, in gradu appellationis confirmetur, non efficitur retro infamis à die prioris sententiæ, sed ex die posterioris, vt ibi, hodie notari puto, non retro notatur, & c. ergo exequutor non debet compellere ad tempus prioris sententiæ.

41 Vltimò & pro hac parte facit text. qui videtur expressus in l. eos. 2. C. de vsuris rei iudicatæ, ibi, vltra quatuor menses à die condemnationis, vel si prouocatio fuerit portrecta, à die confirmationis sententiæ connumerandos, & c. ergo expressa videtur hæc lex, vt tempus

pus

pus tunc attendatur in prima sententiâ, quando ab ea non fuit prouocatum, sed transit in rem iudicatam, appellatione autem interueniente, à die sententiæ confirmantis.

42 Sed nihilominus priorem partem tutiorem arbitror, quoniam quando condemnatio fit cum aliqua qualitate, & per aliam sententiâ condemnatio confirmetur, nemini dubium est, vt confirmetur etiam qualitas, & sententiâ, quæ se ad illam refert, intelligitur in se continere primam condemnationem cum sua qualitate, ac si in vtero priorem de verbo ad verbum haberet expressam, secundum Rot. & Cauall. vbi supra, & eo quod latissimè notatur per Doctores, in l. si quis in aliquo documento. C. de proba. quos latè refert Ceuall. in tom. 1. commu. contra commu. quest. 44. per totam, & sententiâ referens se ad aliam sententiâ, intelligitur cum omnibus suis qualitatibus, text. in l. ait prior §. 1. ff. de re iud. Cuman. consil. 23. Cardi. Tusc. practi. conclu. tom. 7. litera S. consil. 126. num. 46. & nos quotidie videmus, vt si prior sententiâ aliquem condemnet, ad redditus à die occupationis, vel litis contestationis, & c. si confirmetur, redditus exequuntur à tempore, quo dixerat prior sententiâ, etsi dicendum videtur, quod quando aliquid respicit condemnationem, tempus primæ sententiæ confirmatæ attendatur, quando autem respicit executionem, tunc tempus confirmantis, iuxta notata infra cap. 13. à num. 53. & seqq.

43 Non obstant in contrarium adducta pro secunda parte. Non primum, quod agitur ex secunda confirmante, non ex confirmata sententiâ, quia responderet: nam ex quo se refert ad priorem condemnationem, quæ omnino attendi debet, cum suis qualitatibus; nullum est impedimentum, & inconueniens, ex qua agatur. ecce, actum est vigore cuiusdam instrumenti, lata est sententiâ facta condemnatione, ad illud se referens, iam non agitur ex actione instrumenti, sed actione iudicati. & nihilominus omnia exequuntur, prout in instrumento continentur, cum suis qualitatibus omnibus, vide quæ nos hac. 4. p. c. 5. n. 28.

44 Nec obstat secundum ex d. l. furti. in prin. ff. de vsuris quibus, vt indignis. quia ibi sententiâ prior simpliciter lata, est condemnatoria absque aliqua qualitate, & requisito, cuius executionem, & effectum omnimodo impedit appellatio subsequuta. at si sententiâ lata fuisset cum aliqua qualitate, aut requisito, puta; si declararetur infamis à tempore commissi delicti, si postmodum confirmetur simpliciter, quis dubitat, vt etiam intelligatur

tur condemnatio infamiae, seu declaratio ab illo tempore prioris sententiæ confirmatæ, quemadmodum enim vnum reperitum intelligitur, scilicet condemnationem principalem; eum cetera adhaerentia non intelliguntur: nec video rationem differentiarum.

45 Minus obstat text. in d. l. eos (licet difficultior apparenter videretur) nihil enim ille text. rei, de qua agimus, pertinet; loquitur enim in vsuris decurrendis post rem iudicatam ex mora, post eam interueniente, quando non parat sententiâ condemnantem, non tamen quando terminus aliquis appositus est in ipsa sententiâ, nec in ipsius ventre. Et ita disponit quatuor menses qui dantur condemnatis, qui currunt post rem iudicatam, siue res iudicata sit per vnam tantum sententiâ, quæ transiit in rem iudicatam, quia nulla emissâ fuit ab ea appellatio; siue postmodum ea interueniente & emissâ, accedat confirmatio, quia ab eo tempore rei iudicatæ currunt quatuor menses dati, vt condemnatus pareat iudicis, iuxta quæ latè diximus ad prin. huius cap. & si post illos non paruerit, currunt vsuræ, hic est casus illius text. qui longè distat à nostro, in quo quidem nihil tangit, quia non disponit de termino, & tempore solutionis in sententiâ apposito, sed de illo, qui extra sententiâ, & post illam accidere solet, interueniente mora, & contumacia condemnati. & ita videtur dicendum in casu proposito nostræ difficultatis, vt exequutor non excedat attendens in compulsionem illum terminum, specialiter appositum, & expressè in priori sententiâ simpliciter postmodum confirmata, cum ille terminus respiciat condemnationem, non tamen executionem, & sic tempus sententiæ confirmatæ, cui inest, attendendum videtur.

47 Sed quid dicendum in sententiâ, qua quis est condemnatus in centum, & si intra centum, & limitatum terminum non soluat, sit condemnatus, & mittatur in tritremes, vel exilium, vel soluat duplum, vel quadruplum, in quo post lapsum termini, non soluta pecunia, poterit ad penam corporalem comminatam exequi sententiâ hanc conditionalem iudex, vt latè persequitur Farinac. in pract. crimi. tom. 1. quest. 26. à n. 13. cum seqq. & num. 16. nunc quæritur (hoc themate retento) quid si in sententiâ nullus certus sit terminus appositus, vt puta si iudex dixerit, condemno Titium in centum, quæ si non soluerit, vel soluere non potuerit, fustigetur, vel transmittatur ad tritremes, aut aliam corporalem penam patiatur, tunc igitur quod tempus expectandum erit, vt cognosci possit, an velit

condemnatus, vel valeat soluere penam pecuniariam, antequam deueniri possit ad corporalem, varij varia dixere, vt est videre apud Prosper. Fari. *vbi proximè num. 16.* verior tamen, & rationabilior, atque sequenda illa videtur, quæ docet expectandum esse terminum decem dierum, qui currant à monitione, & notificatione, ac intentione, vt tenet Augusti. *in additio. ad Angel. de malef. verbo, quas si non solueris intra decem dies, amputetur tibi manus. num. 12.* Prosper. Fari. *d. num. 16.* fundatur ex ea regula, quod vbi sumus in facto negatiuo, ad hoc vt quis incidat in penam, semper requiritur monitio, & extirpanda. & ibi Inno. Hostien. Ioan. Andr. Anto. de Butr. Ab. & Immol. cum alijs ibi, de preben. & dignita. & alij, quos sequitur, & refert Augusti. *vbi proximè allegatus.*

51 Memineris velim, quòd quando sententia ita conditionaliter concipitur, si lapsò termino appposito in sententia, condemnatus non soluerit penam pecuniariam; poterit iudex nihilominus facere executionem sententiæ pro pœna pecuniaria in bonis condemnati, absque eo quòd contra ipsum exequatur corporalis pœna, si ita fisco magis expedire cognouerit, vt per Bart. *in l. cum duobus, §. si. num. 2. ff. pro socio, & in l. si frater. §. idem respondit. el. 2.* per illum text. *ff. eodem tit. Angel. in l. si quando. §. hæres. ff. de lega. 1. & in l. si insulam. ad si. ff. de verbor. obligatio.* Alexan. *in l. non solum. §. morte. circa si. ff. de noui oper. nuncia. Roma. in l. 1. §. post operi. ff. eodem.* refert & sequitur Iff. *in §. pœnales. num. 47. & 48.* & ibi additio. *lit. P. la primera. instit. de actio. & quamuis aliqui relati (sed non sequuti à Flami. Cartario, loco mox citando) dixerint, quod pœna pecuniaria post lapsum termini sit transfusa in corporalem, & sic non possit amplius commutari; prior tamen opinio, & æquior est, & etiam magis communis, sicut testatur Contar. *in tract. de executione sententiæ capto bannito, c. si. quem sequitur Prosper. Fatin. d. tom. 1. q. 26. n. 15.**

52 Huc pertinet, an sententia sequestrandorum fructuum maioratus in iudicio tenuitæ pendente, excedat exequutor, si fructus, non solum à die decreti perceptos, sed iam perceptos ante ipsam sententiam sequestri, à tempore mortis vltimi possessoris maioratus sequestrat. Quam quæstionem ad partes examinat Christophor. de Paz *in tract. de tenuta tom. 1. c. 11. per totum, & quamuis pro illa parte, nempe, vt possit exequutor sequestrare omnes fructus, non solum post decretum perceptos, sed etiam à die mortis possessoris vltimi, adducens varias, & elegantes considerationes, ac fundamenta,*

nihilominus tamen rectè contrarium defendit, imò quòd non possit sententia sequestri exequi, nisi in fructibus post eam perceptis, & percipiendis, non tamen in perceptis à tempore mortis possessoris iam, aliquibusque medijs eam tueretur, quæ omnino verior est & sequenda, quam ibi latius disputatam videre poteris. Et generaliter quòd sententia sequestri non comprehendat fructus præteriti temporis perceptos, sed extantes & futuros, tenet post alios Marcfcor. *variar. resolutio. lib. 2. cap. 77. num. 3. 4.*

Nunc tractandum de eo, qui electus est ad officium, pro anno præsentis putat; vel in semestre, pro primo fuit impeditus vti munere propter obiediones sibi, & aduersus electionem oppositas, & quòd non fuerat ritè, nec solemniter electus; interim dum lis vertebatur, lapsus est annus regiminis, & officij, vel eius maior pars, postmodum obtinuit, & declaratum fuit, ritè & rectè electionem factam fore, sèque legitime suo posse fungi munere; datus est exequutor pro huius rei iudicatæ executione: queritur an ipse excedat, si loco lapsi temporis aliud subroget, ita vt redintegretur totus annus, ad quem electus fuerat. Hanc quæstionem examinant B. *in l. si vno. §. item cum quidam. colu. 2. ff. locati. & in l. si prius. quæst. 10. ff. de noui oper. nuncia. Ab. per text. ibi in c. si. ibi, vt tempus regiminis elaboratur. de iudicij, in penult. notabili.* vbi communiter omnes Canonistæ referunt & sequuntur Bart. determinationem, & eam magis communiter ab alijs Doctoribus teneri, affirmat Iff. *in l. si ita stipulatus est. ab se. colu. penult. in prin. latè & ad partes disputat Aluar. Vallas. consult. 155. per totam, tom. 2. latè etiam Vincent. de Franch. decis. 419. per totam. 2. p. qui omnes concludunt, quòd quando electio facta est pro tempore certo, limitato, & determinato, puta, pro hoc anno, pro anno proximo sequenti, &c. si tempus labatur, impedimento accedente non subrogatur aliud tempus, vt impleatur annus, quoniam alia est administratio, & opera vnius temporis, alia verò alterius, & in isto casu nec fit condemnatio pro huiusmodi redintegratione, & supplemento temporis, vt secus sit (dicunt ipsi Doctores) quando in genere tempus appositum est, vt pro quinquennio, aut biennio, non adiecto, an de proximis, an de alijs. Prædictis tamen casibus habet electus recursum contra tertium iniuste eum impediendum vti suo officio, & sic non redintegrat. *l. si. cum materia. ff. de eo per quem factum erit. text. in Linde Nerat. §. idem Iulianus. ff. ad l. Aquil. habetur in l. 1. c. de institut. & in l. si Titius status. ff. de condi. & demonstra.**

stra. Aluar. Vallas. *vbi proximè num. 14.* apud quos latè de hac materia.

56 Sed successiue queri potest, quid si facto tertij non est ortum impedimentum, sed facto ipsius obligati, & pariter condemnati, vt puta; quis locauit mihi domum, aut agrum in biennium, aut quando legatus est mihi vsufructus in biennium à die mortis testatoris, & facto hæredis vel locatoris, qui non permisit me vti, & dum vincitur, & condemnatur per sententiam, lapsus est tempus: an possim, saltim in æstimatione, contra eum condemnatum exequi sententiam. & videbatur idem esse dicendum, veluti in casu superiori resoluimus. Sed nihilominus verius videtur in æstimatione aduersus hunc condemnatū principaliter alijs obligatum, posse procedere executionem.

Moucor ex ratione mirabilis text. *in l. si vsufructus mihi in biennium. 6.* cuius sunt verba: Si vsufructus mihi in biennium continuuum à morte testatoris legatus sit, & per hæredem steterit, quominus eum mihi daret, præterito biennio nihilominus tenebitur, quemadmodum teneretur, si res legata in rerum natura esse desisset, quam quis deberet, moratusque esset, in ea danda, vt peti quidem iam vsufructus qui legatus sit, non possit, quia alius futurus sit, quam qui legatus fuerit, sed æstimatio eius bima duntaxat facienda sit. Hactenus de dicta lege, vbi gl. & Doctores dant plures concordantes.

57 Cuius legis determinatione stante, rectè succedit iuris regula, quæ habet, quòd quando quis est condemnatus, ad rem tradendam, & præstandam, quæ perit, vel obiit, & iam non est in rerum natura, potest vigore talis sententiæ fieri aduersus obligatum debitorem condemnatum executio ad æstimationem, & valorem rei, seu interesse. Didac. Perez *in l. 4. tit. 8. lib. 3. ordinam. fol. 1078.* Auile. *in capit. prator cap. 10. verbo, execution. num. 53.* Parlador. *lib. 1. rerum quati. c. 6. §. 2. num. 11.* Ceuallos *in contra communi. tom. 1. quæst. 66. 2.* & vltra hos plurimos alios Doctores & iura adduximus supra hac 4. p. cap. 5. à num. 33. & est text. expressus *in l. si longis. c. de executione rei iudicatæ. l. qui restituit. ff. de rei vindic. l. Iulian. ff. de confess. l. 5. tit. 27. p. 3.* Ergo sequitur, quòd si contra locatorem vel hæredem lata sit sententia pro vsufructu, & locatione præstanda, & patienda, & tempus lapsum sit, licet aliud subrogari non possit; tamen pro æstimatione aduersus eum procedere executionem absque reatu excessus, arbitror, iuxta fundamentalem, & iuridicam rationem eiusdem legis, *si vsufructus.*

Tunc tamen excedere dicitur merus exequutor, quando dederit dilationem condemnato ad parendum, intra quam si nõ paruerit, illum excommunicauerit, quoniam excommunicationis sententia actus est iurisdictionalis, quæ sine iurisdictione ferri non potest. Panormita. *in c. si sacerdos. n. 10. de offic. ordinarij.* pertinet enim ad iurisdictionem contentiosam, cum ferri non debet absque causæ cognitione. *c. nemo Episcop. 2. q. 1. imò est meri imperij secundum Innocen. in c. transmissa. de electio. Specula. in tit. de iurisdictione. omni. iudi. vers. secundum canones num. 24.* Panormi. *in c. quod sedem. de off. ordinarij. colu. si idem in c. cum contingat. de for. compet. gl. in d. c. nemo. vbi uterque Cardinalis comprobatur. Paluda. quæst. 2. in 4. distinctione 3. latè Nauar. in repeti. c. cum contingat. 2. causa nullitatis. corollario 6. vers. 6. infertur hunc subexecutorem. at exequutor merus est incapax iurisdictionis, & sic dictum terminum ad excommunicandum dando excedet euidenter, exactius probatur Nauar. *in d. c. cum contingat. quarta nullitatis causa. per totam.* dicens etiam, quòd licet quoad alios effectus possit etiam ille, qui nullam habet iurisdictionem, terminum deliberatorium, puta, præfigere, ad effectum tamen infligendi nouam excommunicationem, alius quam iudex cum iurisdictione, præfigere non potest, vt post Feli. Innocen. Ioan. Andr. Immol. Hostien. & alios, tenet ipse Nauar. *in d. quarta nullitatis causa.**

Quid autem erit dicendum de executore, cui ad aliquam sententiam exequendam, vel causa committitur cum termino limitato, puta; decem dierum, & vicissim pluris, vel minoris, in quo breuitate termini non est facultas, ad procedendum cum terminis, & dilationibus, alijs à iure in simili causa, tam ordinaria, quam executiua concessis, & determinatis: an poterit iste exequutor abbreviare, & arctare prædictos legales terminos, & illos regulare secundum terminum suæ commissioni assignatum, absque reatu excessus. quia ex eo videbatur hoc casu detegi ex inordinato processu, secundum quæ latius dicenda erunt inferius cap. 13.

Cui difficultati responderetur, posse licet exequutorem absque reatu excessus, & quod magis est, nec etiam simplicis grauaminis, hunc terminum arctare, ita illum regulando, vt intra terminum sibi, iurisdictionique concessum, per superiore causa terminetur, ita vt tres illi dies, seu etiam decem dati condemnatis, & executatis, ad opponendum, & probandum, in minus resoluantur, atque abbrevientur. quoniam si in iudicijs

iudiciis ordinariis abbreviantur; multo magis hoc casu in summariis, nempe: & executiui, abbreviari debent. non enim potest magnum terminum dare, qui arctatum, & limitatum habet, vt docet Bal. in c. de causis num. 11. & ibi Ab. num. 6. per text. ibi de off. deleg. late comprobatur, & resoluit Guirond. in tract. de gabell. 4. in prin. num. 7. vsque ad num. 14. testantes de praxi, optime etiam Bobadil. in polit. lib. 2. cap. 20. a num. 29. vsque ad num. 32. dicentes, quod iudex executor non debet expectare, vt sua expiret iurisdictione, cum tacite sibi videatur a superiore data facultas terminos arctandi, qui sibi illos restrinxit, & limitauit. Facit optime ad propositum text. in l. 1. ff. de gland. legend. & in l. 2. tit. 3. lib. 4. recopil. facit l. 6. tit. 18. lib. 4. recopil. Bart. in d. l. 1. late Felin. in c. Eccl. S. Mar. num. 32. de constitutio. quibus adde quae dixi 2. p. c. 13. n. 270. & supra.

CAPVT XII.

Ab executore perperam sententiam interpretante, appellationi emissa: an non deferens, vim faciat. vbi late & vtiliter, quae inter interpretandum praec oculis haberi debeant.

SVMMARIVM.

Interpretari sententiam an possit executor. n. 1.
Interpretari & declarare vs potest qui actum gessit. n. 2.
Interpretari & declarare verba dubia suae scripturae an possit notarius. n. 3.
Successor in officio & iurisdictione an possit intentionem praedecessoris declarare. n. 4.
Interpretari & declarare voluntatem defuncti non potest heres. n. 5.
Declarandi facultas non transit ad haeredes. n. 6.
Interpretatio pendens ex mera voluntate, fieri non potest per successorem. n. 7.
Interpretatio pendens a iuris regulis, & principis ex actis seu processu, cuiuslibet iudici successoris pertinet. n. 8.
Iudex delegatus subrogatus loco alterius delegati potest sententiam praedecessoris interpretari ex verosimilibus coniecturis, apparentibus ex actis & processu, non autem ex mera voluntate. n. 9.
Taxare expensas quas sibi taxandas reseruauit praedecessor, potest iudex successor. n. 10.
Etiam si successor sibi reseruauerit taxare expresso nomine proprio. n. 11.
Quia materia non potest concernere personam, sed iurisdictionem, dignitatem, & tribunal. ibid.
Executor sententiae potest illius facere declaracionem interpretatiuam. n. 12.
L. ab executore. ff. de appell. declaratur. & n. 13.
Potestas executoris regulatur a potestate superioris mandantis. n. 14. & seqq.
Interpretari suam sententiam non omnes iudices ordinarij possunt. n. 15.
Executor mixtus respicit merum imperium. numer. 16.
Executor dicitur non qui ordinaria sed delegata potestate aliquid exequitur. n. 17.
Verba debent intelligi secundum vulgarem modum loquendi. n. 18.
Communis vsus loquendi praeualet in interpretatione legis etiam diuinae. n. 19.
Interpretatio generaliter sumpta in quinque species distinguitur, & quas. n. 20.
Interpretationis species quis deduxerit. n. 21.
Interpretatio ad duo capita reduci potest. n. 22.
Interpretatio proprie idem est quod congrua verbi vel orationis declaratio seu expositio. ibi.
Interpretatio largae capitur pro correctiua seu extensiu. ibidem.
Interpretationem correctiuam alius quam Princeps facere non potest. n. 23.
Interpretationem extensiuam non potest facere iudex nisi circa accessoria & eodem die. n. 24.
Interpretationem proprie, prout est congrua verbi & orationis declaratio, quilibet iudex potest facere. n. 25.
Declarationem interpretatiuam non alterantem condemnationem praecedentem potest facere executor mixtus. n. 26.
Declaratio interpretatiua sententiae facta per executores, non inducit nouum grauen. numer. 27.
Per declarationem interpretatiuam sententiae quod obscurum est illuminatur & detegitur. numer. 28.
Interpretatiuae declarationis qualitas est vt nihil noni inducat sed actum praexistentem & praeteritum offendit. n. 29.
Declaratio inest actui declarato. n. 30.
Declaratio retrotrahitur ad tempus principalis dispositionis declaratae. n. 31.
Declaratio adeo inheret dispositioni vt censetur emanasse cum illa eodem tempore. n. 32.
Actum qui non potest facere post terminum, potest tamen factum declarare post illum. numer. 33.
Si actus qui declaratur esset validus, secus si esset nullus. n. 34.
Interpretatiua declaratio debet esse congrua, scilicet quando verba eam patiuntur. n. 35.
Verborum certitudo declarat certitudinem intellectus. n. 36.
Verba praecise significationis non possunt recipere aliam interpretationem. n. 37.
Tamen si possint restringi & extendi intra limites significationis. n. 38.

Interpre

Interpretatiua declaratio ea est quae addit qualitates demonstratiuas, non autem quae alterat subiectum. n. 39.
Interpretatiua declaratio suscipitur facta circa circumstantias actus, secus circa eius substantiam. n. 40.
Interpretatio circa substantiam actus dicitur nouus actus & grauen. n. 41.
Prout si sententia pure executor velit addere conditionem. ibidem.
Declarationem interpretatiuam sententiae quotidie faciunt executores supremorum tribunalium absque excessu reatu. n. 42.
Executori cum principale committitur, videtur declaratio interpretatiua etiam commissa. numer. 43.
Declarandi facultas quae venit accessorie ad contractum, in haeredem transit cum ipso contractu. n. 44.
Ab interpretatiua declaratione iusta & legitima facta per executores, appellationi emissa non est deferendum, sicuti nec ab ipsa executione cui haec inest declaratio. n. 45.
Interpretationem non congruam verbis sententiae & minus legitimam facere executores non patitur. n. 46.
Interpretatiua declaratio debet fieri non perimendo sed exprimendo. n. 47.
Interpretatiua declaratio debet esse verisimilis. numer. 48.
De vocabuli significatione vbi tractatur, non est recurrendum ad arbitrium iudicis. n. 49.
Interpretatiua declaratio debet fieri circa contenta in verbis sententiae, non autem extra limites verborum, quia illa dicitur in prauidicium tertij. n. 50.
Ab executore perperam interpretante sententiam velut excedente, appellationi emissa est omnino deferendum. n. 51.
Exempla plura huius doctrine redduntur obiter. n. 51. 52. 53. 54. 55. 56. & 57.
Interpretationis iniquitas executoris quo modo & ex quibus sit probandum. n. 58.
Interpretatio ea sola executori permittitur quae deducitur ex verosimilibus coniecturis in processu, verborum significatione & natura attentis. n. 59.
Interpretatio iuris tantum valet quantum propria verborum significatione, quae perinde habetur ac si esset expressa. n. 60.
Interpretatio quae subintelligitur iuris intellectiua dicitur non extensiu. n. 61.
Sententia debet interpretari prout de iure ferri debet, & ad iuris sensum referenda. n. 62.
Verba iudicis debent intelligi secundum mentem iudicis. n. 63.
In sententia veniunt ea quae legis dispositione aut praesumptione inesse dicuntur. n. 64.
Verba sententiae sunt civiliter intelligenda. n. 65.

Sententia debet interpretari vt non contineat iniustitiam. n. 66.
Interpretatio facienda est vt sententia iusta appareat cum iusta praesumatur. n. 67.
Interpretatio sententiae dubiae sumitur ex actis, cum praesumatur lata ex causa in processu deducta, & quae ex eo apparet. n. 68.
Acta sunt vehiculum ad sententiam, & ideo sententia ex mente actorum aperitur. n. 69.
Sententia praesumitur lata ex causa deducta in libello, & petitione, & iuxta illam erit interpretanda. n. 70.
Agenti interdicto vti possidetis, & succumbenti, volenti postea agere ex noua turbatione contra eundem rem an ei obstat exceptio rei iudicatae. n. 71.
Ex noua possessione superueniente datur rei vindicatio contra semel absolutum. n. 72.
Exceptio rei iudicatae obstat vbi datur identitas rei, causa, & personarum. n. 73.
Absolutus reus conuentus interdicto vti possidetis, ex eo, quia non est probata turbatio de nouo, post sententiam turbanti non prodest res iudicata. n. 74.
Contra reum semel absolutum in interdicto vti possidetis, ex eo quod actor non probauit possessionem suam ob nouam turbationem, non potest actor iterum agere. n. 75.
Nisi agat ex noua possessione & ex noua causa. ibidem.
Absolutoria sententia ex qua causa lata sit in interdicto vti possidetis, si nec ea nec ex actis appareat an ob nouam turbationem actori iterum agenti obstat exceptio rei iudicatae. n. 76.
Interpretari debet sententia in fauorem condemnati vt minus ei noceat. n. 77.
Interpretatio facienda est in dubio contra eum qui se fundat in sententia sicut & in contractu. n. 78.
In sententia se fundans debet habere rem veram. numer. 79.
Absolutoria sententia in criminalibus ex qua causa sit lata ex actis inuestigandum est, vt distinctiua aut interloquutoria ab obseruatione iudicij dicatur. n. 80.
Dispositio etiam legalis a consuetudine recipit interpretationem, cum qua iudicis potestas se conformare praesumitur. n. 81.
Absolutus reus ob non probatum delictum censetur ab obseruatione iudicij, & iterum ex nouis iudicij potest reus molestari. n. 82. & sursum.
Causa ex qua sententia fuerit lata si ea nec ex actis appareat quae praesumenda erit. n. 83.
Sententia qua quis est condemnatus in exilium ex qua non appareat de quo senserit, an de praeciso, an de voluntario, de praeciso intelligenda est. n. 84.
Cautionem uxori praestare condemnatus vir ob eius sententiam, alias fiet diuortium, an sententia satis faciat